

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || DOCTORIS SVBTILIS, || ORDINIS
MINORVM, || Theologorum omnium || PRINCIPIS, ||
Disputationes Collationales. || Nuperrime à ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISPVTAT. XX.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150343

per responſionem, & oportet q̄ alia intellectio præcedat naturaliter actum in voluntate. ¶ Dicitur q̄ non ſtatim malitiam in voluntate ſequitur error in ratione. ſed quando eſt malitia radicata, illa enim excæcat intellectum, & errat circa principia prædicta, vt dicitur. 6. Ethicorum & ideo in primo inſtanti, in quo eſt malitia in voluntate, eſt dictamen rectum in ratione, ſed poſtquam eſt firmata, tunc corrumpit dictamen rectum, & cauſat errorem in intellectu.

CONTRA, pro illo inſtanti, pro quo voluntas corrumpit dictamen rectum, & cauſat dictamen obliquum in ratione, aut eſt illud dictamen rectum in intellectu, aut dictamen erroneum. ſi dictamen rectum, tunc ſequitur propoſitum, q̄ malitia radicata ſic cum vero dictamine rationis, & ſimiliter ſi tunc eſſet dictamen rectum in intellectu, tunc non corrumpitur illud dictamen rectum. Non poteſt dici, q̄ pro illo inſtanti, pro quo malitia eſt radicata in voluntate, q̄ ſit dictamen erroneum in ratione, quia illud cum cauſatur per dictamen ex malitia in voluntate, naturaliter ſequitur malitiam in voluntate, & actus intellectus naturaliter præcedit.

¶ Præterea, illud quod habet cauſam naturalem ſufficientem producentem ipſum aliam a voluntate, non cauſatur a voluntate, tunc enim idem bis cauſaretur. ſed dictamen erroneum in intellectu habet cauſam naturalem, & ſufficientem aliam a voluntate, vt patet quando dictamen erroneum cauſatur in intellectu per paralogiſmum. Nā per paralogiſmum ſufficienter,

& neceſſario per modum naturæ cauſatur error in ratione. ergo nullus error cauſatur in intellectu a voluntate mala.

DISPUTAT. XX.

Vtrum hac eſſentia diuina, vt hac, diſtincta a ſe ipſa, vt concipitur ſub omni ratione attributali ſpeciali, ſi primum obiectum intellectus.

VT R V M hæc eſſentia diuina, vt hæc, diſtincta a ſe ipſa, vt concipitur ſub omni ratione attributali ſpeciali, ſi primum obiectum intellectus. ¶ Quod non videtur, quia omnis cognitio ſit per aſſimilationem cogniſcentis ad cognitum, ratio aſſimilationis eſt veritas, probatio, quia veritas eſt adequatio rei ad intellectum ſiue conformitas, & talis adequatio, ſiue conformitas intellecti ad intellectum eſt veritas. ergo veritas eſt primum obiectum intellectus ſui, vel eſſentia diuina ſub tali attributo. ¶ Item quod eſt perfectiſſimum in entibus, & aliorum omnium maxime contentium eſt primum obiectum intellectus diuini, quia illud q̄ eſt primum eſt perfectum, ſed diuina eſſentia ſub ratione exemplaris eſt perfectiſſime omnium contentiua, ergo ipſa ſub tali ratione eſt primum obiectum intellectus ſui, & ita vnitas eſt primum obiectum, quia vnitas eſt conformitas exemplaris ad exemplata.

¶ Reſpondetur q̄ hæc eſſentia diuina, vt hæc, eſt primum obiectum intellectus. Quod declaratur ſic, illud debet poni primum obiectum potentie q̄ primo mouet potentiam, & ſub cuius ratione eam mouent omni-

omnia quæcunque mouent ipsam. Exemplum de colore, qui primo mouet visum, & non album & nigrum, quia neutrum eorum mouet visum, nisi sub ratione coloris, quod est primum obiectum, sed essentia diuina primo mouet, quia ratio eius est ratio prima, & prius ibi idem quod perfectius. Nam creatura non potest primo mouere intellectum diuinum, quia tunc uilesceret intellectus diuinus, quia perfecteretur formaliter aliquo finito, nec essentia diuina sub aliqua ratione attributali, quia notitia attributorum non naturam dicunt, sed ea quæ circumstant naturam, secundum Damasc. lib. 1. cap. 4. præsupponunt igitur subiectum tanquam perfectius se, quia est causa illorum aliquo modo. ergo essentia diuina ut hæc, est primum obiectum intellectus. ¶ Item obiectum primi intellectus simpliciter debet esse principale intelligibile simpliciter sub ratione simpliciter primaria. si primus intellectus simpliciter est intellectus diuinus, & primum intelligibile simpliciter est essentia diuina, quia unumquodque sicut se habet in entitate, ita in cognoscibilitate. ergo &c. ¶ Item quod ratio entis, vel essentie prima sit ratio, patet per Aui. cen. qui dicit quod illud quod primo occurrit intellectui, & in quod omnia resoluuntur, ipsum autem in nullum aliud, est ens. ergo ratio entis, est ratio prima.

AD PRIMVM dicitur, quod omnis cognitio sit per assimilationem, tanquam per aliquam habitudinem mediam cognoscens ad cognitum, non per assimila-

latio sit obiectum ipsum, sed aliquid communicans ipsum, sicut quædam relatio. Exemplum color omnis est visibilis, non per visibilitas sit ratio obiectiua, sed est quædam relatio media communicans colorem prout comparatur ad potentiam visiuam, & ita ly per, in propositione prima, vel potest dicere circumstantiam modi obiecti referentis unum ad aliud obiectum, & ad potentiam, & sic nihil ad propositum.

AD SECVNDVM dicitur simpliciter, quod essentia diuina est prius aliquo modo prioritatis, perfectissimum obiectum intellectus sui & perfectissime omnium contentiua, quam sub ratione exemplaris, quia ipsa est quoddam Pelagus infinitum, nec ipsa ratione exemplaris est primum obiectum, sed quidam modus circumstans obiectum in comparatione ad medium eius, & sub ipsa ratione essentie est perfectius omnium contentiua, quam sub ratione exemplaris, quia ratio cuius ut essentia est prius, & fundamentum ipsius, ut est exemplar.

CONTRA pedem questionis. Arguitur sic. intelligens communissimum debet habere obiectum communissimum sub ratione communissima, talis est essentia diuina, ut est ens, vel essentia absoluta sumpta, & non ut hæc est.

¶ Contra illud quo dicitur, quia tunc uilesceret, si creatura esset primum obiectum, arguitur, non minus potens est intellectus diuinus, & nobilis, ex re sua intrinseca, quam sit sol, nec & magis infaictibilis, & passibilis vel communicabilis, sed sol irradians super fetida non est fetidus, nec magis uile-

scit. ergo intellectus diuinus & si talia primo intelligit non esset imperfectus. ¶ Item receptum est in recipiente per modum recipientis, & non per modum recepti. ergo quodcumque intelligit intellectus diuinus per modum suum intelliget. & sic nunquam vilesceit.

CONTRA rationem ad primum argumentum, nihil est intelligibile, nisi sub ratione qua potest manifestari intellectui, sed nihil potest manifestari intellectui sine veritate, ergo veritas est primum obiectum intellectus. minor probatur per Augustinum, & Hylarium.

CONTRA responsionem ad secundum argumentum sic. de perfectione Dei est non solum quod contineat intrinseca, sed etiam extrinseca & omnia, sed essentia diuina sub ratione, sub qua hæc continet tantum extrinseca, & ipsa sub ratione exemplaris non solum continet intrinseca, sed extrinseca, & omnia. ergo illa sub illa ratione erit primum obiectum intellectus sui.

AD PRIMVM dicitur, quod obiectum debet esse communissimum sub ratione terminandi actum potentie, sed non sub ratione mouendi.

CONTRA, per se ratio formalis obiecti est terminare actum potentie operatiue, vel actiue, siue obiectum moueat, siue non, si enim potentia est simpliciter actiua non requiritur in ea actio obiecti ad hoc quod agat, sed necessario semper requiritur, quod terminet actum potentie in omnibus vniuersaliter, secundum etiam illos, qui ponunt species concrea-

tas in angelis, non ponunt obiectum mouere potentiam, cui concreate sunt illæ species, sed tantum terminare actum potentie, hoc igitur competit formaliter quod terminet actum, sed per se sub ratione terminandi obiectum intellectus diuinus est communissimum, quod est ens, ergo per se ratio obiecti est ens, vel essentia absoluta, & non hæc essentia, vt hæc.

¶ Præterea, obiectum mouens per modum nature & sufficienter, mouet ad se, sicut ad actum potentie. si igitur essentia diuina vt hæc sit primum obiectum, ergo erit primum obiectum vt terminat actum primum intellectus, quia ipsa non mouet nisi ad se, & ita nihil valet dicendo illa. ¶ Item illud est primum obiectum adequatum intellectus diuini, sub ratione cuius omnia alia intelliguntur, quæcunque intelliguntur, & sub cuius ratione omnia alia terminant actum potentie: sed Deus intelligit lapidem sub propria ratione, qua est lapis, & asinum similiter, ergo aliquid debet esse obiectum adequatum commune omnibus terminantibus, tale est ens communissimum, quia lapis est ens formaliter, & asinus est ens, sed non sunt essentia Dei formaliter, sed ratio terminandi est communis ratio obiecti. ergo ens, & non essentia Dei, vt hæc, est obiectum intellectus sui.

¶ Ad hoc dicitur, & alia, quod essentia Dei potest esse primum obiectum, & communissimum adequatum, quia includit omnia alia sub ratione terminandi actum potentie, & communiter continentia, & non comuni.

munitate prædicationis, continet enim & includit omnia alia, non tamen adequat communitate prædicationis, sicut & ens.

CONTRA, tunc eadem ratione essentia diuina esset primum obiectum nostri intellectus, quia includit in se & continet omnia quæ possunt terminare actum intellectus nostri. Item, tunc albedo esset primum obiectum visus, quia continet omnes perfectiones cuiuscunque coloris.

AD PRIMUM istorum respondeo, non sequitur quod essentia diuina sit primum obiectum intellectus nostri, licet contineat omnia alia, sed requiritur, quod actus intellectus potentia feratur immediate in illud obiectum, & quod in illo obiecto resplendeant omnia quæ secundo possunt terminare illam intellectiōem. sic est obiectum respectu intellectiōis Dei, & non nostri, quia intellectus noster non immediate fertur in essentiam diuinam, & oīa alia quæ continent per eam.

AD SECVNDVM dico, quod essentia Dei continet omnia alia per modum speculi, in quo refulcent omnia alia, non est sic albedo speculum respectu aliorum colorum, & ideo nihil ad propositum.

CONTRA primum, tunc idem esset obiectum vnius actus potentia & ipsius potentia, quod non est verum, quoniam sunt plures actus illius potentia. Probatio consequentia: id est est adequatio obiecti ad intellectiōem diuinam, quia intellectio diuina est vna, si igitur potest per vnam intellectiōem omnino vnum

intelligere omnia, vel est ex vno, vel in vno adhuc esset idem primum obiectum. scilicet cōe quod est mō, siue sit rō cognoscēdi alia, siue non. Item tunc essentia diuina esset primum obiectum intellectus creati, ut Angeli, vel alterius beati.

AD PRIMUM istorum, dico quod si intellectus sit talis, quod vna intellectiōe feratur in omnia, & illa intellectio adequat virtutem eius, tunc maior est veritas, talis est intellectus diuinus & eius intellectio.

AD SECVNDVM dico, quod intellectus creatus potest dupliciter considerari, vel ut est potentia naturalis præcise, vel ut est beatus, primo modo non habet essentiam diuinam pro primo obiecto, nec aliud supernaturale, sed ut beatus, cum beatitudo sit perfectio obiecti super naturalis, sic potest habere essentiam diuinam pro primo obiecto.

CONTRA, intellectus quod potest habere plures intellectiōnes diuersas secundum rem, vel secundum rationem, non potest habere idem obiectum omnino re & ratione illas terminans, quia tunc essent plures intellectiōnes & non plures, sed essentia diuina, ut terminat omnino vnā intellectiōem, includit omnia alia ut adequatum obiectum. ergo non omni no eodem modo plures intellectiōnes. Respondedo, sicut in obiecto sunt diuersæ rationes, sic & proportionabiliter in potentia sunt diuersæ rationes, pro ut est pluriū & diuersarum intellectiōnum.

AD PRINCIPALE quod deitas sit primum obiectum intellectus, quia operatio intelligēdi, nō tamen est

est circa entia sed circa non entia, ita intellectus intelligit cecitatem esse cecitatem, sicut bonum esse bonum, sed ens non est tale, quia tantum prædicatur de entibus, & non de non entibus. ergo aliquid aliud tale est veritas. ergo & cætera.

Dicendum quod non entia non intelliguntur nisi per comparationem ad suos habitus sicut privationes, sed suis habitibus. cõius est ens, & iõ operatio realis & positiua est circa realia & positiua. Item illud est primum obiectum intellectus diuini, sub cuius ratione omnia alia subiiciuntur intellectui, sed tale non est essentia diuina, ut hæc, quia lapis non intelligitur sub ratione huius essentia, quia tunc non intelligeretur distincte, & sic tunc confuso.

¶ Rõdeo. intellectus diuinus ex quo formaliter est infinitus, non formaliter perficitur nisi infinito. tale est solū essentia diuina ut hæc, & ideo licet lapis sub propria ratione esset intelligibilis, nunquam tamen ut intelligitur sub propria ratione perficeretur ipso, quia ita perfectus est ex intellectuone primi obiecti, quod est infinitum, quod nunquam potest perfici actione alicuius secundarij obiecti, sed semper præuenitur actione primi obiecti, quod est formaliter infinitum. Item ad principale, illud est primum obiectum intellectus in cuius ratione & virtute omnia alia mouet, sed tale est quodlibet attributum supposita distinctione, quia quodlibet eorum est infinitum formaliter. ergo &c. Item idem est obiectum intellectus simpliciter & obiectum intellectus in quocumque,

sed obiectum intellectus simpliciter est ens. ergo & cuiuslibet intellectus. ergo & intellectus diuini. Itē diuersæ potentia secundum genus requirunt diuersa obiecta prima. ¶ Ad primum potest dici quod ratio infinitatis per prius inuenitur in hac essentia ut hæc, quod in ipsa sub ratione attributali, & iõ ratio non concludit. quod ad secundum dicitur, quod maior est falsum, quia potentia visiva simpliciter est obiectum omne visibile, sed visui vespertilionis non est visibile lux excellentissima, iõ non videt lucem excellentem. quod ad tertium dico quod accipit falsum, quia idē obiectum sub eadē ratione est formale obiectum cognitionis, & suæ appetitus.

DISPUTATIO. XXI.

Verum essentia diuina sub eadem ratione formalis sit obiectum intellectus diuini & intellectus beati, ita quod eadem sub ratione formalis terminet actum visionis diuina, & actum visionis beati alicuius.



TRUM essentia diuina sub eadem ratione formalis sit obiectum intellectus diuini & intellectus beati, ita quod sub eadem ratione formalis terminet actum visionis diuina, & actum visionis beati alicuius. Dicitur quod non, quia sub ratione infiniti terminat actum visionis diuina, sub hac autem ratione non est obiectum intellectus beati, cum eius potentia sit natura finire, & per consequens non potest habere obiectum sub ratione opposita, ut sub ratione infinita.

CON-